



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

In Capvt Dvodecimvm Qvæstiones.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

§. 3. Verbum *ἀντιμαρτυροῦν*, sine vlla dubitatione est obturare, sic vsurpat Athen. l. 8. dipnosoph. Quod attinet ad verbum *ἀντιμαρτυροῦν*, est hoc de memoria dicere, apud Plutarc. Athenæum, quasi laborare, seu de memoria dicere. id huic loco nõ cõuenit. Primo quidem *ἀντιμαρτυροῦν* non est hoc loco de memoria recitare: dicit enim Euangelista, ceperunt *ἀντιμαρτυροῦν* *ἀντιμαρτυροῦν*, ipsum Christum illi *ἀντιμαρτυροῦν*, quod si adiuue accipias, oportet, vt sit in hiphil, faciebant ipsum multa de memoria dicere; hoc est, multa flagitabant, vt aliquid reprehensionis opportunum elicerent. Sed nec in eã significatione inuenitur, & cõtra facit, quod additum est, *καὶ ἔκρινεν αὐτὸν*, de multis: optime igitur vertitur, *occludere os*. Nec aliter intelligendus Syrus, cum ait *מַרְבֵּי מַלְאָכָיִם מֵעַלְמַיִם* metacefin melanubi, aucupante sverbarius; Nam & audiebant, & ex auditis alias quæstiones formabant, alia que obiciebant, omnia vero eo tendebant, vt os ei obtuerent, vt Theophylactus explicauit: cuius ista sunt. Illo autem adhuc loquente hac, illi quasi attestarentur dicta eius, ostentarent se illo aliquatenus sapientiores, atq; occludere illi os, (quod Greci dicunt *ἀντιμαρτυροῦν*)

incipiebant, hoc est, frequenter interrogare, & perplexum facere. Et quod fieri solet, quando plures interrogant vnu de alio atq; Christianis argumentis: tunc n. qui responderet non valet omnibus specimen, perplexus igitur struebant etiam ma. t. dicit contra Christum. Multi enim interrogantes vnum, videbantur illi os occludere, & perplexum reddere: ita vt non posset eis respondere: id quod versimiliter accidit. Quomodo enim vnus posset multis respondere alia atq; interrogantibus? Potest autem & os occludere, & *ἀντιμαρτυροῦν* sic intelligi, hoc est illaqueare, & ob testimonium erigere apprehendere. Quando enim apprehenditur ac capitur, et in qua ipse dicit, videtur ab ore capi, & ab ore suo rapi atque demerari. Porro & sequentia hoc declarant. Quærentes enim, inquit, venari quippiam ex ore illius: quod enim paulo antea dixerat os eius occludere, hoc nunc dicit venari quippiam ex ore eius. Interrogabant autem ipsum de lege, vt eum blasphemum arguant, qui Moysen taxasset, hoc enim suscipiebatur. Aliquando interrogant de his qua ad Caesarem attinebant, vt eum scitiosum denuncient, & tyrannidis studiosum, & omnia talia qualia anima pessima & malignissima, ac omni iniquitate plena excogitarent.

## C A P V T XII.

**M**ultis autem turbis circumstantibus, ita vt se inaicem conculcarēt, capit dicere ad discipulos suos, Attendite à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis. 2. Nihil innot opertum est, quod non reueletur: neque absconditum, quod non sciatur. 3. Quoniam que in tenebris dixistis, in lumine dicentur: & quod in aurem locuti estis in cubiculis, predicabitur in tectis. 4. Dico autem vobis amicis meis: Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant. 5. Ostendam autem vobis quem timeatis: timee eum: qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam, ita dico vobis, hunc timee. 6. Nonne quinq; passerres veniunt dipondio, & vnus ex illis non est in oblatione coram Deo? 7. Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus plaris estis vos: 8. Dico autem vobis: Omnis, quicumque confessus fuerit me coram hominibus, & Filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei. 9. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei. 10. Et omnis, qui dicit verbum in Filium hominis, remittetur illi: ei autem, qui in Spiritum sanctum blasphemauerit, non remittetur. 11. Cum autem inducent vos in synagogas, & ad magistratus, & presbiteros, nolite solliciti esse qualiter, aut quid respondeatis, aut dicatis. 12. Spiritus enim Sanctus docebit vos in ipsa hora quid oporteat vos dicere. 13. Ait autem ei quidam de turba: Magister, dic fratri meo vt diuidat mecum hereditatem. 14. At ille dixit illi: Homo, quis me constituit iudicem, aut diuisorem super vos? 15. Dixitque ad illos: Videte, & caute ab omni auaritia: quia non in abundantia cuiusquam vitæ eius est ex his que possidet. 16. Dixit autem similitudinem ad illos, dicens: Hominis cuiusdam diuites vberes fructus ager attulit. 17. Et cogitabat intra se dicens: Quid faciam, quia non habeo quo congregem fructus meos? 18. Et dixit: Hoc faciam: Destruam horrea mea, & maiora faciam: & illuc congregabo omnia, que nata sunt mihi, & bona mea. 19. Et dicã anima mea: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. 20. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetuit à te: que autem parasti, cuius erunt? 21. Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues. 22. Dixitque ad discipulos suos: Ideo dico vobis: Nolite solliciti esse anima vestra quid manducetis: neque corpori quid induamini. 23. Anima plus est quam esca, & corpus plus quam vestimentum. 24. Considerate coruos, quia non seminant, neque metunt, quibus non est cellarium, neq; horreum, & Deus pascit illos. Quanto magis vos plaris estis illis? 25. Quis autem vestrum cogit enã potest adijcere ad staturam suam cubitum vnum? 26. Si ergo neque quod minimum est potestis, quid de ceteris solliciti estis? 27. Considerate lilia quomodo crescunt: non laborant, neque vent: dico autem vobis, nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut vnum ex istis. 28. Si autem fenum, quod hodie est in agro, & cras inclinatum mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos pusilla fidei? 29. Et nolite querere vos quid manducetis, aut quid bibatis: & nolite in sublime tolli. 30. Hæc enim omnia gentes mundi quarunt. Pater autem vester scit, quoniam his indigetis. 31. Verumtamen quarite primum regnum Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adijcentur vobis. 32. Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. 33. Vendite que possidetis, & date elemosynam. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in celis: quo fur non appropriat, neque tinea corrumpit. 34. Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit. 35. Sunt lumini vestri præcincti, & lucerna ardentes in manibus vestris, 36. & vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur à nuptijs: vt, cum venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei. 37. Beati serui illi, quos cum venerit dominus, inuenerit vigilantes: Amen dico vobis, quod præterget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. 38. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi. 39. Hoc autem scitote, quoniam si sciret pater familias, quia hora fur veniret, vigilaret utique, & non suerit perfodi domum suam. 40. Et vos estote parati, quia quæ hora non putatis, Filius hominis veniet. 41. Ait autem ei Petrus: Domine, ad nos dicitur hæc parabola: an & ad omnes? 42. Dixit

42. Dixit autem Dominus: Quis putas, est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus supra familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram? 43. Beatus ille seruus, quem cum venerit Dominus, inuenit ita facientem. 44. Vere dico vobis, quoniam supra omnia, que possidet, constituet illum. 45. Quod si dixerit seruus ille in corde suo: Moram facit dominus meus venire: & ceperit percutere seruos & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari: 46. Veniet Dominus serui illius in die, qua non sperat, & hora, qua nescit, & diuidet eum, partemque eius cum infidelibus ponet. 47. Ille autem seruus, qui cognouit voluntatem domini sui, & non preparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis: 48. Qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Omni autem cui multum datum est, multum quaretur ab eo: & cui commendaauerunt multum, plus petent ab eo. 49. Ignem veni mittere in terram, & quia volo visi ut accendatur? 50. Baptismo autem habeo baptizari: & quomodo coarctor vsque dum perficiatur? 51. Putatis quia pacem veni dare in terram? Non, dico vobis, sed separationem. 52. Erunt enim ex hoc quinq; in domo vna diuisi, tres in duos, & duo in tres. 53. Diuidentur: Pater in filium, & filius in patrem suum, mater in filiam, & filia in matrem, socrus in nurum suam, & uurus in socrum suam. 54. Dicebat autem & ad turbas. Cum videritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis: Nimbis venit: & ita fit. 55. Et cum asitrum plantem, dicitis: Quia astus erit: & fit. 56. Hypocrita faciem caeli, & terra nostis probare: hoc autem tempus quomodo non probatis? 57. Quid autem & a vobis ipsis non iudicatis quod iustum est? 58. Cum autem vadis cum aduersario tuo ad principem, in via da operam liberari ab illo, ne forte trahat te ad iudicem, & index tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. 59. Dico tibi, non exies inde, donec etiam nouissimum minutum reddas.

IN CAPVT DVODECIMVM

ARGVMENTVM.

**M**ARIAM doctrinam continet caput duodecimum, quae tamen in Matthæo & Marco ferè exposita est.

De fermento Pharisaorum cauendo Matth. 16. 6.

De occulto reuelando Matth. 10.

De non timendis corporis occisoribus Matth. 10.

Item de passeribus, capillis numeratis. item confitendo filium hominis. De peccato in Spiritum Sanctum Matth. 12.

De non praemeditando responsonem Matth. 10.

De sollicitudine victus abiiciendâ Matth. 6.

De preparatione ad mortem. Matth. 24. & similitudine fidelis serui, ibidem.

De bello non pace misâ, Matth. 10. itemque diuerso exitu hominum.

De nouissimo quadrante Matth. 5.

Superfunt igitur explicandi, versus 13. vsque ad 22. vbi quidam petit ut dicat fratri, ut diuidat secum hereditatem, quod recusat Dominus. Et de diuite horrea ampliante, & frustra praesumente de longa vitâ.

Deinde v. 26. & 32. & 33.

Itemque versus 47. 48. 49. 50. Vbi de seruo sciente, & alio nesciente voluntatem Domini agit, ignem se mittere dicit, & habere baptismum quo debeat baptizari.

Versus etiam 53. de diuisione cognatorum, de fine caeli versus 54. & 55. apud solum Lucam sunt, vbi & versus 57.

Syriacâ Ecclesiâ ab initio vsque ad. num. 13. legit in commemoratione martyrum.

A v. 13. ad 32. feriâ sextâ hebdomadæ, Ieiunij.

Hinc vsque ad versum 49. titulus קרינא דבאסיקופא Keriana depiscaupe. Lectio Episcoporum, vrappareat in eâ Ecclesiâ fuisse commemorationem Episcoporum, vt est in Latinâ Confessione Pontificum.

Hinc vsque ad versum 59. seu finem habetur קרינא דבאסיקופא keriana debaghutha. Lectio petitionis. Non est tamen ille titulus sine controuersia. באסיקופא begha, est petere, quærere, exaltare, increpare, festinare.

Videntur in publicis supplicationibus vsurpasse, cum processiones haberent, quemadmodum in Ecclesiâ Latinâ sunt dies Rogationum: quibus vetere instituto sollemniter oratur.

Quamuis ita diuersa sunt quæ versibus illis continentur, vt non immerito dubites, quomodo conueniant supplicationibus.



quoque hæretici contrarium Christo Pontificem arbitrantur: quia Christus in hac causa iudicare noluit, Pontifex quibusdam in causis iudicavit. Cum Christo fuerit ratio non iudicandi, Pontifici vero sit. Si enim Christi exempla omnia per omnia sequi necesse est; Vxorēs nec ducant, nec earum hæreditates certant; id enim Dominus non fecit. Vide & Adrianum Saraniam de diuersis gradibus Ministrorum contra Bezam. Iudicium Christus non reiecit, quia non potuit iudicare. Sed quia noluit, non enim venerat, vt temporale regnum administraret.

Iraque Caluino rectissime respondet Tossanus Caluinista. [ Atqui ad officium Messie pertinere videbatur iudicare in iustitia, & oppressis succurrere, Psal. 72. vt & certum est Euangelicam doctrinam omnibus prescribere officium parentibus erga liberos, fratribus erga fratres. Respon. Id quidem verum esse: nam & Christus constitutus est iudex totius mundi, Act. 17. 31. Illis igitur verbis: quis constituit me iudicem, nõ negatur officium Christi, sed ordinatur & distinguitur regnum Christi spirituale à regnis mundi: scptum verbi Domini à foro ciuili, tempus examinationis à tempore gloriæ & vltimi iudicii. In illa speciali controuersia inter duos fratres, quæ ab aliis facile componi poterat, noluit occupari Christus, totus intentus in annuntiando regno cælorum.

Quapropter noluit inuolare in officium Magistratus ciuiliis, nec ob minus necessaria relinquere magis necessaria: quo etiam spectabant verba Christi, supra cap. 9. sine vt mortui sepeliant mortuos suos. Si igitur potuit, cur inde conferre conatur Ecclesiasticos non posse?

VERSUS 15.

Dixitque ad illos, videte & cauetes ab omni auaritia: quia non in abundantia cuiusquam vita eius est, ex his quæ possidet.

QUESTIO I.

Quo argumento ab auaritia deterreat?

Ratrum haud fraterne diuidentium reprehensionem illo versu continere putant. Veritas est, occasione data, omnes de auaritia fugienda adhortatum. Ratio insignis, diuitiis non reddi vitam longiorem: quorsum ergo cum periculo vitæ queruntur? Sensus vero est, vita eius est ex his quæ possidet. Ita quoque Græcè, ἐν τῷ αἰῶσι βίωσιν ἐν τῷ αἰῶσι βίωσιν, in abundantia cuiquam, hoc est, quod abundet aliquid cuiquam. Nomina enim sæpè casus verborum admittunt. Hanc ergo rationem ad contemptum diuitiarum inducit. Simile quippiam, sed alia mente dixit Petrus potator. Si mortem auro morari posses, illud questurum.

Ὁ ἄνθρωπος ἐπέλαθῃ τὸν θρόνον καὶ τὴν πατρίδα καὶ τὰς ἀγαθὰς ἐπιθυμίας αὐτοῦ. Ἐὰν οὖν ἄνθρωπος ἀγαθὰς ἐπιθυμίας αὐτοῦ ἀπολείψῃ, ὅπως ἴσθαι δύναται εἶναι ἄνθρωπος? Ἐὰν οὖν ἄνθρωπος ἀγαθὰς ἐπιθυμίας αὐτοῦ ἀπολείψῃ, ὅπως ἴσθαι δύναται εἶναι ἄνθρωπος? Si non veniens acciperet aliquid & transiret, custodiendo seruaueram: sed si statim est subeundum, quid me iuabit aurum?

S. 2. Syrus tantum habet, Neque enim in abundantia diuitiarum est, sed in cordis contentione, alii libri habent, πένης καὶ εὐχρηστικός. Ita libri apud Bugensem. Aug. serm. 196. & Beda omnem auaritiam appellat, non tam numerosas, quam actiones & praxes, quæ ex unico hoc improbilissimo affectu manant.

Adami Conzen in Euang. Tom. II.

S. 3. Beza sic vertit; Neque enim cuiusquam vita, ex iis quæ ipsi suppetunt, in eo sita est, vt redundet. Quod verò diceretur, si pro verbis. ἐν τῷ αἰῶσι βίωσιν scriptum esset. αἰῶσι βίωσιν, vt redundet. Theophylactus. ὁ αἰῶσι βίωσιν τῆς ζωῆς τὸ μέτρον τῆς αἰῶσι βίωσιν, non extenditur vita siue cum facultatibus augescensibus.

Eis ἑδὼν, noster in Deum, Erasmus erga Deum, Beza reiecit, ne occasio sit loquendi de meritis. Atreuera qui diues est in Deum, aliquid apud Deum repositum habet, vt diues censeatur, quod optime intelligimus, si dicamus bonorum operum esse merita. Euzozivus exulare Beza negat satis late patere. Syrus etiam habet ἠθβασημί Ethbassemi, quod est letari, sed, vt dixi, ita solent magna & opipara conuiuia describi.

VERSUS 16.

Dixit autem similitudinem ad illos, dicens. Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit.

QUESTIO I.

Quo similitudo diuitis spectat?

S. 1. Hominem non modo opulentum, sed turritissimo modo locupletem proponit, cui Diues fidei fides. latifundium seu ager, Syrus ἠθβασημί terram vocat, vberes prouentus tulit. Augustinus de verbis Domini Epist. 19. vocat regionem. alludens ad sui temporis opes. Integras enim regiones possidebant, illi, qui potentes erant. Quantum non miluus oberrat, tantum agri colebant.

S. 2. Impius ille nec principium, nec finem opum agnouit. A Deo esse non meminit, nec vsum earum, ad liberalitatem & virtutem, sed ad delicias. Ideo intra se ait, inconsulte suis rebus prospexiturus. Nata sibi ait, Dei nulla mentio, non erat raptor, non iniquus, sed de prouentu suo diues. August. de verbis Apostol. serm. 19. Quando mihi audeo dicere Christianus bonum esse rapere res alienas: quandoquidem non audeo dicere bonum esse tenaciter seruare res suas? Nunquid enim diues ille cui successeras regio, & non inueniebat vbi poneret fructus suos, & se consilium inuenisse gaudebat destruendi veteres apothecas, & construendi nouas ampliores, vt impleret eas, & diceret anime sua: Anima habes multa bona in multum tempus, letare, iucundare, satiare. Nunquid ergo iste diues aliena quærebat? Fructus suos colligere disponebat, vbi poneret, consulebat, non de cuiusquam vicini agris, non limite perturbato, non spoliato paupere, non circumuento simplice, sed tantummodo de suis colligendis cogitabat. Audite quid audierit, qui tenaciter seruabat sua: & hinc intelligite quid expectent qui rapiunt aliena. Cum ergo se prudentissimum consilium inuenisse arbitraretur, de apothecis veteribus angustiis deiciendis, & amplioribus nouis aedificandis, & de omnibus suis fructibus colligendis & recondendis, non alienis concupiscendis atque rapiendis; ait illi Deus: Stulte, vbi tibi sapiens videris, ibi stulte. Stulte, inquit, hac nocte repetant à te animam tuam, hac qua preparasti cuius erunt? Si seruaueris, tua non erunt: si erogaueris, tua erunt. Quid, inquit, reponis, quod relicturus es? Ecce increpatus est stultus male recondens. Si stultus est qui recondit sua, vos inuenite nomen ei qui tollit aliena. Si sordidus est reconditor suorum, vlcerosus raptor alienorum. Sed non qualis ille vlcerosus, qui iacebat ante ianuam diuitis, & cuius canes lingebant vlcers. Ille enim vlcerosus erat in corpore, non raptor in corde. Vide & Homil. 45. quin quaginta Homiliarū.

S. 4. Horrea ampliora reddit, pauperum immemor.

Verf. 21. Εαυτῷ ἄλλοι κωδικοὶ ἐν ἀνατολῇ. L. 2. V. 16. El...



VERSVS 48.

Qui autem non cognovit & fecit digna plagis, vapulabit paucis: omni autem cui multum datum est, &c.

QVÆSTIO I.

Quis servus sciens, & quis nesciens voluntatem Domini?

§. 1. Videtur nemo voluntatis infcius posse ple- Ignorans etiam pu-
cti. Ignorantia enim excusat, sed tamen tam nitur.
ignorans voluntatem domini, quam sciens vapulat plagis, quamvis hic paucis, ille multis. Et quidem Legem diuinam nemo penitus ignorare potest. Iusti & iniqui discrimen omnium mentibus infirum est. vt Apostolus ad Roman. docet. Augustinus de gratia & libero arb. vapulabit pauca, & vapulabit multa. legit.

§. 2. Maldonatus de illa Domini voluntate, qua se venturum denuntiauit, intelligit.

Servorum duplex est genus, Nonnulli plagis digna faciunt, legem naturalem violant, sed de futuro iudicio, & aduentu Domini nihil inaudierunt. Alii faciunt digna plagis, quibus tamen certo constat Dominum certissime aduenturum. In illis itaque est nonnullus Domini contemptus, quocirca grauius esteorum delictum, postquam toties moniti sunt. Plus autem petent à manu eius vt Syrus habet; quia plus ei datum est.

§. 3. Non esse hoc de affectata ignorantia intelligendum docet S. Basil. reg. breuior. quaestio. 45. Non excu-
satur as-
fectata i-
gnorantia.
Δὴλ. ἐστὶν ὁ ποιῶν τὴν ἀμαρτίαν τὴν ἀγνοῖαν, καὶ ἀφ' οὗ κλονεῖται τῆς ἀμαρτίας τὴν κελσον. Εἰ μὴ ἦλθον ὁ Φησὶν ὁ κύριος, καὶ ἐλάλησα ἀλλοίως, ἀμαρτίαν, ἐκείνον, νῦν ὁ πρῶτος, καὶ ἐχρῆστον πρὸς τῆς ἀμαρτίας αὐτῶν. τῆς ἀγίας γενομένης πᾶσι τὸ φέλημα ἢ φεῖ δὲ ἀγαθῶν λούσης. ὡς ἐχρῆ μὲ τῶν ἀγνοησάντων ὁ ποιῶν τὴν ἀμαρτίαν κενεταί, ἀλλὰ μετ' ἐκείνων σφοδρότερον κενεταί πρὸς ἅν γενομένη ὡσεὶ ἀσπίδ' ὡφῆς καὶ βύσσου τὰ ὄψα αὐτῆς, ἢ ἡς ἐκ ἐπισκοπῆς φωνῆς ἐπαδόντων. Φαρμακίαν φαρμακίαν ὡσεὶ σφοδρῶς. ὁ μὲν ποὶ ἀπὸ τῆς ἀμαρτίας τὴν οικονομίαν τῆς λόγῳ, ἐάν ἀμελήσῃ τῆ ἀνάγει- λαι, ὡς φωνῆς κενεταί κατὰ τῆς γενομένης.

Qui huiusmodi est, de eo vero negari non potest, quia ignorantiam fucate praterat, ac simulet, ac propterea peccati iudicium euitare non potest. Si enim non venissem, inquit Dominus, & locutus fuisset eis peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo: cum sancta litera omnibus vbique Dei voluntatem predicare non cessent. Quare non tanquam vnus de numero eorum, qui ignorantes fuerunt, leuiore supplicio multatur, qui eiusmodi est: sed seuerius iudicatur, vt vnus de numero illorum de quibus scriptum est: Sicut aspidis surde obturantis aures suas, qua non exaudiet vocem incantantium, medicatur medicata à sapiente. Caterum cui docendi munus commissum est, is si annunciare neglexerit, perinde vt homicida iudicatur, sicut scriptum est.

Idem etiam quæ 267. docet, non temporis finem, Paucapla- sed pœnarum diuersitatem significare, contra nos q̄ non ad qui hinc concludebant, finem aliquando supplicio- tempus sed rum fore.

§. 4. Caluinus contendit ignorantiam non ex- pene ma-
gnitudinē,
cusare à reatu. Homo enim mortalis de sua volun- referuntur.
tate seruos inquirere non vult. Non est eadem au-
ctoritas Dei filio? Rectè quidem hoc de crassa &
supina ignorantia dicitur, aut etiam quæ ex aliqua

L 3 negi-

Primum enim dicitur, & δόκον, placuit, nimirum ex mera δωκία: deinde, dare, id est, χαρῆς ἐσθίου, Roman. c. 3. v. 32. gratis donare regnum cœlorum: & placuit Patri: regnum enim cœlorum, vt obseruare solet Caluinus, non est merces seruorum, sed hæreditas paterna. Verum nihil ad rem, quod Iesuita ille plane aliena distinctione hunc locum sic eludit, quod regnum cœlorum gratuita Dei voluntate prædestinetur, sed non sine meritis nostris detur, cum tamen Christus non vocabulo prædestinandi, sed dandivatur. Quod vero ait, præmia currentibus in studio liberalitate principis proponi, sed non dari nisi rectè currenti & merenti: Respon. rectum quidem censum à nobis requiri: Sed hic interim nihil esse nostri meriti, quia ille, qui nos prædestinauit ad vitam, prædestinauit etiam dona illa gratuita, fidem & sanctificationem & bona opera, Ephes. 2. quæ cum efficiat in nobis, nihil hic nostri meriti: nec vltima potest esse proportio regni Dei & nostrorum meritorum, vt in rebus humanis proportio esse potest inter præmium currentis & censum.]

Verissimum est quod Maldonatus ait, prædestinationem esse sine meritis, dationem non esse: Nam qui regnum prædestinauit, etiam merita prædestinauit. Itaque placuit illi dare, sed non dare sine meritis. Neque sequitur non esse merita, quia ille bona opera prædestinauit. Nam bona opera non possunt esse nisi prædestinata & gratuita gratia data. Neque enim opera more Pelagianorum dicimus naturalia sua gratia esse.

Vers. 36. A nuptiis, Syrus, à Domo conuiuui.

VERSVS 37.

Beati serui illi; quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes: Amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere. Et transiens ministrabit illis, &c.

QVÆSTIO I.

Quomodo ministrat?

§. 1. Accingitur Dominus cum ad opus se praparat, in veste enim longa erant orientales, inde accingendi & accingendi consuetudo & locutio. Sic Aeneid. 2.

Accingunt omnes operi.

Diligentem & sedulum indicat, & quo quis magis strenuus, eo altius iustus. Petr. Sat. Et præcincti corde altius eramus. Hinc accingere artes magicas, totis viribus, quod est conari, nam ζώνουσι cingi Græci vsurpant, cum de armatura loquuntur.

Ατρεΐδης δ' ἰβόησεν ἰδὲ ζώνουσι ἀνωχῆ

Αεγῆς?

Atreides clamabat, & accingi coegit

Archiuos.

Horatius

--- vt omnes

Præcincti recte pueri, compri que ministrant.

Vide Ludouicum de la Cerda in l. Aeneid. 11. 705. Sic ingitur se Dominus præcingit, & fidelibus ministrat seruis.

V. 39. Hora Syrus, Vigilia ΚΕΥΩ ματαθα.

V. 42. σιγοῦντες ΚΟΡΩ φερύσα. quod diuisionem & demensum significat. Σιγοῦντες menturam tritici noster vocat; nam tritici vsus erat in Palestina, non qualis est apud nos, panis atrii, eo autem serui & liberi alebantur.

Adami Conzen in Euang. Tom. II.

Superbia  
Caluini.

negligentia in peccatum prorumpit. Quod vero subdit, improbum est. Unde apparet quam putida sit & friuola eorum tergiversatio, qui claram Euangelij doctrinam hodie respuentes, tali pernicacia Patrum inscitiam obtendunt: quasi vero ad repellendum Dei iudicium sufficiat ignorantia elypeus. Quis dubitat hominem rabie agitari, qui destinata malitia contra scientiam SS Patrum ferocit. Et nos cum Noui Euangelij, lasciuia, friuoli, putidi tenebris lucem sanctorum Patrum, veterisque Ecclesie inferimus, non obtendimus Patrum inscitiam, sed illuminatissimam scientiam: inscitiam vero dicimus eorum, qui suis opinionibus preoccupati nihil rectum putant, nisi quod ipsi se ipserint. Quod proprium est indoctorum, & pernicacium.

Vers. 47. Syrus: nec se preparauit iuxta voluntatem eius.

VERSVS 49.

*Ignem veni mittere in terram: & quid volo, nisi ut accendatur?*

QUESTIO I.

*Quis ignis?*

§. 1. **L**atina lectio Ignem veni mittere, & quid volo, nisi ut: Græce est *ἦδη ἀνήσθησι τὴν γῆν* accensus est Latino more legit Aug. serm. 108. de tempore. Grego. homil. 2. in Ezech. & plurimi aliorum.

Aliorum Latinorum est alia lectio, quam volo ut accendatur: Hier. lib. 2. contra Ruffinum Philastr. alii.

Versio Latina & Syra.

Quid volo, nisi ut accendatur? Syrus *וְאֵת הַכֹּהֵן אֲנִי מֵבִיא עִיבֵיב* *ve zabeh ana elu men cadu ehebeth.* Et volens ego, nisi iam accensus sit. Theophylactus etiam interpretatur. Et pro *ἦδη* ita etiam Clemens in recognit. & quam volo ut accendatur. Noster legit *ἦδη ἢ ἦδη* *ei ἦδη ἀνήσθησι*, Et quid volo nisi accendi, vel accensum esse? Sicitiam Syrus.

V. 50. Epiph. contra Arianos, ita citat locum coniunctum *ἡμεῖς ἔχοντες καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ καὶ τὴν ἐλπίδα* *ἡμεῖς ἔχοντες καὶ τὴν ἐλπίδα* *ἡμεῖς ἔχοντες*

§. 2. Græci de Spiritu Sancto misso, alii de verbo Dei, alii de persecutionibus intelligunt. De Spiritu Sancto Chrysof. hom. 6. in Marth. Hier. loco citato. Bernh. serm. 1. de purificat. Greg. Nazianzenus. Hinc lucerna ardentes in manibus.

§. 3. Etiam verbum Dei interpretatur Augustinus lib. contra Arianos cap. 13. Theophylactus. Contra utramque interpretationem obiciunt, Eam non coherere cum præcedentibus & consequentibus: deinde Spiritum Sanctum nondum fuisse missum.

Conexio necessaria.

Probabili in speciem argumento ista dicuntur, nequaquam firmo. Si de connexionione omnium Christi dictorum prout ea recensent Euangelistæ dicendum est, cum diuersa diuerso loco & tempore coniungant, sine causa magnas difficultates inducimus in Scripturas.

Deinde possunt etiam ista connecdi. De vigilantium seruorum diligentia & lucernis dixerat: se eum ignem, quo Dominum expectarunt, misisse præfatur. ne quis sibi tribueret, quod Domino occurrisset.

Quod vero Spiritum Sanctum nondum miserat, id non sic intelligendum est, quasi non fuerit ignis accensus, sed quod adhuc in cordibus arderet, & in-

terdum emicaret, nondum publice flamma omnia collustraret.

§. 4. Ignem etiam esse persecutionum & cruciatuum symbolum in Scriptura notissimum est. Nec ignis ad machinationes, omniaque aduersa toleranda instat Apolos. Minus tamen quadrat, quod ait Dominus, *Quid volo nisi ut accendatur.* Non enim per se gladium & iniquitatem & iras discordiasque immittit docendo Euangelium, Non tamen illas vult accendi furias, sed potius ardorem caritatis, quo sancti- la tolerant.

§. 5. Ignem Ambrosius caritatem animis in fiam interpretatur. Non vique illum ignem consumptorem nominum, sed bone voluntatis auctorem, qui aur ea Dominica de- mus vasa meliorat. sanum vero consumit & stipulam, ac secularia omnia mundi voluptate concreta perituræ aque carnis exurit: ignis ille diuinus, qui flammigerabat in osibus prophetarum, sicut sanctus Hieremias dicit. Quia factus est sicut ignis ardens: flammigerans in osibus meis. Est enim ignis Dominus, de quo dictum est, Ignis ante eum ardebit. Est & idem Dominus ignis: sicut ipse dicit. Ego sum ignis ardens, & non consumens. Ignis enim Domini, lumen æternum est. Quo igne lucæ accenduntur lucerna, de quibus supra dixit. sint autem lucernæ vestri præcincti & lucerna ardentis. Et ideo quia nos. est diu huius vite, lucerna est necessaria.

Alii prædicationem Euangelij.

VERSVS 50.

*Baptismo autem habeo baptizari: & quomodo coarctor, vsquedum perficiatur?*

QUESTIO I.

*Quid est baptizari?*

§. 1. **B**aptismo inquit habeo baptizari, hoc est mortificationem inducat. non est querendum, quia ex abrupto pro aliquando aliis fermonibus eam interponit, ut sit pertinetur, ante prædicta. Hic tamen si quaeratur, haud arduum fuerit ex contextu respondere. Ignem enim quem in aliis accendeter, in semetipso feruere ostendit.

§. 2. Duplex igitur expositio; Prima ut sit vox mortem secundum humanitatem horrescentis. Altera ut sit solliciti & optantis, non sua sed nostræ salutis, & diuini honoris causa. Hæc vera est. Ad mortem enim properabat. Ita Ambr. Theophylact. Euthymius Iren. l. 1. c. 18.

§. 3. Baptismus à mergendo ita dicitur, aquæ enim fluctus, cataclysmus, charybdis, vertex, tempestas, mare, flumina, torrentes, calamitatum sunt nomina. Mergi dicitur, qui calamitate premitur Psal. 69. 1. & 68. 2. & 106. 23. Aquis igitur ingens clades, & incuitabilis comparatur. Magna velut mare contitio.

Baptismi desiderium Ambrosij intelligit de anxietate corporis. Vtique qui vsque ad perfectionem angitur, de perfectione securus est. Sed etiam alibi, Tristis inquit, est anima mea vsque ad mortem. Non propter mortem, sed vsque ad mortem tristis est Dominus: quia eum conditio corporalis affectus, non sermido mortis offendit. Nam qui corpus suscepit, omnia debuit subire que corporis sunt: ut esset, sentiret, angeretur, contristeretur. Diuinitas autem commutari per hos nescit affectus. Simul ostendit, quod in certamine passionis mors corporis, ab solutio anxietudinis, non

ADAMI  
112  
+ EUANG  
C. VI  
138

non coaeratio sit doloris. Hilarius in Psal. 120. de remissione peccatorum intelligit. Quoniam sint plures, qui spiritaliter susceperit, a fidelibus celestis doctrinae accepta, sicutas velint existimari, & carbonem desolationum peccatorum emendationem: atque ita accipiendum patet carbonem desolationis, quia Dominus dixerit: Ignem veni mittere in terram, & quid volo si iam accensus est? Non est autem durum, peccatorum cum absolutioem & remissionem attulisse, in qua ignem iam accensum esse dixerit, quia per eum vitiorum omnium fiat forditumque purgatio. Accommodant autem ad hoc illud quod dictum ad Esaiam est, cum per forcipem carbone comprehenso labia eius contra terra sunt: Ecce absuli peccata tua, & iniquitates tuas purgaui.

V. 54. Augustinus l. 2. Euang. c. 27. spiritualiter interpretatur. Quod Dominus dicit, Cum videritis nubem orientem ab occasu: carnem suam a morte resurgentem significat. Ex illo enim omnibus terris imber Evangelicae praedicationis infusus est. Austrum flantem ante aestus, tribulationes leviores ante iudicium.

V. 57. Syrus sic effert: Cur autem per vosmetipsos non iudicatis veritatem.

V. 58. Da operam. Syrus, da mercedem. **האמר דב חבא היגועתה**. Quod tamen ad hunc locum non admodum proprie pertinet.

C A P V T XIII.

**Q**UADERANT autem quidam ipso in tempore, nunciantes illi de Galilaeis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificijs eorum. 2. Et respondens dixit illis: Putatis, quod hi Galilaei pro omnibus Galilaeis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? 3. Non dico vobis: sed nisi poenitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. 4. Sicut illi decem & octo, supra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos: putatis quia & ipsi debitores fuerint praeter omnes homines habitantes in Ierusalem? 5. Non dico vobis: sed si poenitentiam non egeritis, omnes similiter peribitis. 6. Dicebat autem & hanc similitudinem: Arborem sici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit querens fructum in illa, & non inuenit. 7. Dixit autem ad cultorem vinea: Ecce anni tres sunt ex quo venio querens fructum in ficulnea hac, & non inuenio: succide ergo illam, ut quid etiam terram occupat? 8. At ille respondens, dixit illi: Domine, dimitte illam & hoc anno usque dum fodiam circa illam, & mittam stercorea. 9. & si quidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eam. 10. Erat autem docens in synagoga eorum sabbatis. 11. Et ecce mulier, quae habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. 12. Quam cum videret Iesus, vocavit eam ad se, & ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. 13. Et imposuit illi manus, & confestim erecta est, & glorificabat Deum. 14. Respondens autem archisynagogus, indignans, quia sabbato curasset IESVS: dicebat turbae: Sex dies sunt, in quibus oportet operari: in his ergo venite, & curamini, & non in die sabbati. 15. Respondens autem ad illum Dominus dixit: Hypocrita, unusquisque vestrum sabbato non soluit bouem suum, aut asinum a praesepe, & ducit ad aquare? 16. Hanc autem filiam Abrahae, quam alligauit satanas, ecce decem & octo annis, non oportuit solui a vinculo isto die sabbati? 17. Et cum haec diceret, erubescerant omnes aduersarij eius: & omnis populus gaudebat in vniuersis, quae gloriose fiebant ab eo. 18. Dicebat ergo: Cui simile est regnum DEI, & cui simile aestimabo illud? 19. Simile est grano sinapis, quod accipit homo, misit in hortum suum, & creuit, & factum est in arborem magnam: & volucres caeli requieuerunt in ramis eius. 20. Et iterum dixit: simile aestimabo regnum Dei: 21. Simile est fermento, quod accipit mulier abscondit in farinae sata tria, donec fermentaretur totum. 22. Et ibat per ciuitates, & castralla docens, & iter faciens in Ierusalem. 23. Ait autem illi quidam: Domine, si pauci sunt, qui saluantur? Iste autem dixit ad illos: 24. Contendite intrare per angustam portam: quia multi, dico vobis, querent intrare, & non poterunt. 25. Cum autem intrauerit paterfamilias, & clauerit ostium, incipietis foris stare, & pulsare ostium, dicentes: Domine, aperi nobis: & respondens dices vobis: Nescio vos vnde sitis. 26. Tunc incipietis dicere: Manducauimus coram te, & bibimus, & in plateis nostris docuisti. 27. Et dices vobis: Nescio vos vnde sitis: discedite a me omnes operarij iniquitatis. 28. Ibi erit fletus, & stridor dentium: cum videritis Abraham, Isaac, & Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras. 29. Et venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Austro, & accumbent in regno Dei. 30. Et ecce sunt nouissimi qui erunt primi, & sunt primi, qui erunt nouissimi. 31. In ipsa die accesserunt quidam Pharisaorum, dicentes illi: Exi, & vade hinc: quia Herodes vult te occidere. 32. Et ait illis: Ite, & dicit vultus illi: Ecce tyrio daemonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor: 33. Veruntamen oportet me hodie & cras, & sequenti die ambulare: quia non capit Prophetam perire extra Ierusalem. 34. Ierusalem, Ierusalem, quae occidis Prophetas, & lapidas eos, qui mittuntur ad te, quoties volui congregare filios tuos quemadmodum avis nidum suum sub pennis, & noluit? 35. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico autem vobis, quia non videbitis me donec veniat, cum dicitis: Benedictus, qui venit in nomine Domini.